

17 Quodsi vel utraque vel alterutra pars in causa concludere recuaverit, Judex competentem terminum, ac de Jure Civili duos menses per intervalla distincta, de praxi verò arbitrarium tempus statuere potest, ad eò ut, terminò illò elapsò, perinde censeatur in causa

conclusum, ac si verbis expressis facta fuisset Nov. 115. cap. 2. indeque desumpta Authenti. jubemus Cod. de Judic. Engel. b. 1. n. 1. Rosbach cit. tit. 70. n. 9. Ummius cit. l. th. 2. n. 8. Bruneman. in proc. cap. 26. n. 3. D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 63. n. 5.

SECTIO II.

De Effectu Conclusionis in causa.

SUMMARI A.

18. Effectus Conclusionis in causa subjicitur. 19. Excludit probationes facti. 20. Non allegationes furis. 21. Nec instrumenta noviter inventa. 22. Nec ligat Judicem. 23. Excipiuntur

causæ Ecclesiarum, pupillorum, minorum &c. 24. Causa criminalis. 25. Causa matrimonialis. 26. Causa appellatioms. 27. Causa exceptionum. 28. Notamen aliquod subjungitur.

§. I.

Quomodo per Conclusionem in causa probationes ulteriores excludantur?

18 Effectus Conclusionis in causa jam in n. 7. & seq. indigitatus est, quòd scilicet terminum ponat ulterioribus probationibus, & controversiam decisioni Judicis committat cap. postor alis 5. de Causa possess. & propriet. cap. cum dilectus 9. de Fide Instrum.

19 Verum hæc explicatio quòdam indiget. Inprimis enim solummodò probationes & allegationes facti excluduntur, non etiam allegationes Juris, Responsa Prudentum, & Consilia Doctorum, qualia post Conclusionem in causa jam plura à nostra Facultate Juridica petita & expedita sunt. Bald. in Auth. jubemus Cod. de Judic. n. 9. Felinus in cit. cap. cum dilectus 9. n. 26. Gail. d. 1. obs. 107. n. 13. Ra-

tio est: quia, sicut Jus Commune semper omnibus, & in omnibus patet: sic nulli & nullò tempore Juris allegatio excludi censetur.

Deinde, si, conclusio jam facta, primò nova reperiantur instrumenta, & quòd primò inventa sint, assertione jurata firmetur à producente, adhuc dum recipiuntur juxta cap. 10. n. 45.

Adhæc Conclusio in causa non afficit Judicem, sed solas partes concludentes; cum Judex, qui usque ad prolationem sententia debet universariari, possit interrogare de factò, quies dubitationis aliquid occurrat, prout differit S. Pontifex in cap. Joannes 10. de Fide instrument. Videatur Sabellus in summa §. Conclusio n. 2.

§. II.

Utràm in quibusdam causis post Conclusionem in causa probationes indistincte recipiantur?

33 Sunt quedam causæ privilegiatæ, in quibus probationes indistincte admittuntur, tamen conclusum in causa sit. Hujus fortis sunt I. causæ Ecclesiarum, pupillorum, & minorum, quæ dum alienò consilio, arbitrio, & curâ administrantur, id singulari sibi vendicant, quòd probationes omisse usque ad sententiam possint adduci, datò contra renuntiationem auxilii restitutionis in cap. auditis 3. de integr. Restit. ubi Gonzalez n. 7. l. minor 36. ff. de Minor. Ummius cit. disp. 19. th. 3. num. 13. Bruneman. de Proc. d. cap. 26. n. 9.

24 II. Causæ criminales, in quibus, si procedatur ad pœnam mortis vel corporis, eò magis exceptiones earumque probationes, post Conclusionem in causa, licet afferre, quò certius est, quòd ulteriori probationi, tamen si Reus voluisset, renuntiare non potuerit. Textus sunt in l. in criminalibus 1. §. 27. l. unius 18. §. 9. ibi: defensionem quòcumque tempore, postulante Reo, negari non oportet ff. de Questio. l. Divi fratres 27. in pr. ff. de Pan. König d. l. n. 17. Gail. d. obs. 107. n. 11.

25 III. Causæ matrimoniales, non tantum quia propter arduitatem suam criminalibus æqui-

parantur, ubi ad dissolutionem Matrimonii agitur; sed etiam, quia post latam sententiam novæ probationes & allegationes admittuntur cap. lator 7. cap. consanguinei 11. de Sent. & re jud.

IV. Causæ appellatioms, in quarum tractatione non est vetitum, illas probationes, quibus in priori instantia per Conclusionem in causa renuntiatum erat, proponere per textum in l. per hanc 4. Cod. de Tempor. appellat. quia renuntiatio, per Conclusionem in causa induta, ad solam primam instantiam, non item ad secundam, de qua partes cogitasse non presumuntur, se extendit. P. König cit. loc. num. 19. P. Wiestner ib. sub n. 10.

V. Causæ exceptionum, quæ, si post Conclusionem in causa possint opponi, per necessariam consequentiam etiam probari possunt. Vide Caput præcedens n. 53.

Planè si in his vel aliis causis post Conclusionem in causa & citationem ad sententiam, admittatur nova probatio, seu novorum jurium productio, Conclusio & citatio pro revocata & circumducta habetur, ad eò ut sententia, postmodum sine nova Conclusionem vel citatione pronuntiata, foret nulla, tamen si no-

va probatio cum protestatione sine præjudicio 149. n. 7. & seq. item dec. 238. n. 8. & seq. Sabellus ubi supra n. 3. Videatur tamen Card. de Luca de Judic. disc. 36. n. 21. & seq.

149. n. 7. & seq. item dec. 238. n. 8. & seq. Sabellus ubi supra n. 3. Videatur tamen Card. de Luca de Judic. disc. 36. n. 21. & seq.

CAPUT XII.

De Sententia, Rejudicata, & Executione.

Conclusionem in causa subsequitur immediatè Sententia; Sententiam, appellatione interposita non suspensam, excipit Res judicata; post rem judicatam Sententia Executioni mandatur. Nostrium igitur erit, in Sect. I. de Sententia; in II. de Re judicata; in III. de Executione, pro ratione instituti, tractare.

SECTIO I.

De Sententia.

SUMMARI A.

1. & seq. Recensentur varia acceptiones Sententia. 7. Assumitur propria. 8. Definitur Sententia. 9. Est pronuntiatio. 10. Judicis. 11. & seq. Causa in Judicium deducta. 13. Decisionem continens. 14. Sententia alia est definitiva; alia Interlocutoria. 15. Hæcque vel Simplex, vel Mixta. 16. Probat per hæc diversa. 17. Impugnatur. 18. & seq. Vindicatur. 20. & seq. Differentia inter Sententiam interlocutoriam & Definitivam. 22. Sententia alia est condemnatoria, alia dilatoria. 23. Sententiam fert Judex. 24. Si plures Judices sint, Jurisdictionem privativè habentes, neuter sine altero pronuntiare valet. 25. Secus, si Jurisdictionem cumulativè acceperint. 26. Quando dispar est numerus Judicum, plurium Sententia prævalet. 27. Quando par est, & Judices sunt delegati, neutra Sententia valet; aliter atque in Judicibus ordinariis. 28. Ratio discriminis. 29. Objectum principale Sententia est causa judicialis. 30. Minus principale sunt expensæ. 31. Non

quidem voluntaria. 32. Sed necessaria. 33. Qua refundenda à reterario litigatore. 34. & seq. Non item ab eo, qui probabilem litigandi causam obtinet. 40. An Judex teneatur expensæ adjudicare? Remissio. 41. Ad objectum minus principale spectant etiam fructus. 42. Accessiones, damna, & interesse &c. 43. & seq. Requisita intrinseca Sententia enumerantur. 48. Obvinent potissimum in Sententia definitiva. 49. Explicatur, quomodo Sententia debeat esse conformis libello? 50. & seq. Quomodo conformis fuit? 53. & seq. Quomodo certa? 57. & seq. Quomodo absoluta? 64. & seq. Quomodo absolutoria vel condemnatoria? 67. & seq. Non debet Judex reddere rationem Sententia. 70. & seq. Enumerantur extrinseca Sententia requisita. 76. In causis summaris non omnia locum habent. 77. & seq. Præsertim sessio pro tribunali. 79. & seq. Subjunguntur aliqua de citatione. 83. & seq. Inducuntur Effectus Sententia.

§. I.

Quid sit Sententia?

1 Sententia dicitur à sentiendo, habetque multas acceptiones. I. accipitur pro conjunctivo sensu, opinione, & mente, juxta communem loquendi morem, quò dicimus: hac legis sententia est. II. pro consensu & mutua voluntatum unione l. hujus edicti 1. §. 3. ff. de Publ. l. ult. §. sed ne quis Cod. Ubi & apud quem &c. III. pro consilio, dum sententiam dicere, & consilium dare, significant. IV. unum & idem l. ult. §. 1. ff. de Senator. pro modo aliquid faciendi, vel præstandi l. Divinus 7. in pr. ff. de integr. Restitut. V. pro ultima voluntate l. testamentum 1. ff. qui Testam. fac. poss. VI. pro decisione cause l. etiam si 29. §. 1. ff. de Minor. l. Divi fratres 27. in pr. ff. de Pan. l. placez 3. Cod. de Pedan. Judic. german. Urtheil / Bescheid &c. Miller ad Struv. exercit. 44. th. 3. l. 4.

Postrema & propria acceptio rursus duplex est, latior & strictior. Latior est, quæ comprehendit quamlibet decisionem, sive per modum arbitrii, sive per modum decreti, sive per modum Judicii factam, per textum in l. si arbitri 2. Cod. b. t. l. ult. §. 2. ff. Quod metus causa l. qualem autem 19. in pr. ff. de recept. qui arbitri. Strictior est, quæ comprehendit solam decisionem, in forma Judicii à Judice factam; in qua Definitur Sententia, quòd sit pronuntiatio Judicis, causæ, in Judicium deductæ, decisionem continens.

Dixi I. pronuntiatio; quod verbum, generis locò, ad imitationem [C]ri in l. res judicata 1. ff. de Re judic. positum, Sententiam tum laudo arbitri, tum decreto Judicis æquiparat. Ummius ad Proc. disp. 19. th. 4. n. 19.

Dixi II. Judicis; quod verbum, locò differentia

rentiæ appositum, Sententiam distinguit à laudo, quod non Judex, autoritate publica constitutus, sed Arbitr, privatà conventionè assumptus, pronuntiat. Vide tract. I. de Judic. cap. 8. n. 10.

11 Dixi III. causa, in Judicium deducta. Hic exhibetur I. obiectum sententiæ, scilicet causa judicialis, de qua prolixius in seqq. Deinde suggeritur differentia inter Sententiam & alia mandata, iusta, vel decreta Judicis: nam Sententia fertur de causa, in Judicium deducta; reliqua mandata, iusta, vel decreta Judicis, emanant de causis extrajudicialibus, citra præviam & plenam cognitionem. Indèque, aliter ac Sententia, vim rei judicatæ non habent per rubricam & l. rei judicata 2. l. interlocutio 4. & seqq. Cod. Comminationes, Epistolæ, Programma-

ta, Subscriptiones, auctoritatem rei judicatæ non obtinere. Quam ob rem Facultas nostra de 12 Anno 1708. die 22. Decemb. consulta, Referente Clariff. D. Institutionum Professore, Josepho Adamo Ayblinger, respondit, appellatione non fuisse opus à pluribus ejusmodi decretis, extra Judicium, absque matura causæ cognitione prolatis: eò quod nunquam in rem judicatam transferent.

Dixi IV. decisionem continens. Hic igitur 13 effectus formalis & principalis Sententiæ est, quòd causa per eam decidatur, vel abolendò Reum ab instituta actione, vel condemnandò ad præstandum, quod vi propositi actionis præstandum est d. l. rei judicata 1. ff. de Rejudic. junctà l. Pomponius 13. §. 2. ff. de Recept. qui arbitr. cap. jurgantium 2. b. t.

§. II.

Quoruplex sit Sententia?

14 Sententia dividitur I. in Definitivam & Interlocutoriam. Definitiva est, quæ Judex causam principalem definit, totique controversiæ finem imponit. Interlocutoria est, quæ Judex non causam principalem definit, nec toti controversiæ, sed tantum articulo incidenti vel emergenti finem imponit.

15 Eaque vel Simplex est vel Mixta. Simplex dicitur, quæ causam principalem nullatenus attingit, veluti si Judex testes adesse, instrumentum produci, juramentum calumniæ præstari &c. jubeat. Mixta est, quæ causam principalem indirectè saltem attingit, ac vim definitivæ habet, uti si partes absolvantur ab instantia; & instrumentum, in quo solo partes litigantes intentionem suam fundant, tanquam non-authenticum rejiciatur; si minor, restitutionem petens, major esse pronuntietur &c.

16 Ista divisio, præterquam quòd valorem suum ex diuturno usu tam in Athenæis quam Dicasteriis præscripserit, liquidè fundatur in Juretum in l. iura a vile 39. in pr. ff. de Minor. l. ult. Cod. h. t. ubi Sententia Interlocutoria verissimè supponitur esse Sententia; tum in l. cum Judex 11. Cod. d. t. ubi, dum Sententiæ Definitivæ fit mentio, denotatur, superesse Sententiam aliam, hoc est, Interlocutoriam. Gail. 1. obs. 129. & seqq. Rosbach de Proc. tit. 71. n. 2. & seqq. Welenbec. ad ff. h. t. n. 4. Ummius

17 cit. th. 4. n. 15. Nihilominus non defuerunt, qui cum Duareno, Zasio, & Maranta, quos citat Ummius d. l. prælibatam divisionem rejecerint, ac Sententiam Interlocutoriam à ratione & statione Sententiæ dejecerint: partim quia in rubricæ tit. Cod. de Sentent. & Interlocutor. Sententia, tanquam aliquid diversum ab Interlocutione, ponitur: partim quia in l. quod jussit 14. ff. de Rejudic. Sententia aperte distinguitur ab Interlocutione: partim quia per Interlocutionem causa judicialis non deciditur.

18 At magnò conamine non egemus, ut tria-

rios hosce sternamus. Fatendum enim in. cir. rubr. & l. quod jussit Sententiam, tanquam aliquid diversum & distinctum ab Interlocutione, referri, non tamen Sententiam in specie, sed definitivam: quemadmodum enim admittimus Jurisdictionem in genere & Jurisdictionem in specie; item adoptionem in genere, & adoptionem in specie; sic quoque concedimus Sententiam in genere & in specie, cujus nomine Definitiva, propter excellentiam, continetur. Quòd autem per Interlocutoriam causa judicialis non decidatur, solummodò verum est de causa principali, non etiam de incidenti: nam & hæc, Judicis interlocutione, finem consequitur.

Sententia Definitiva quoad formam appellationis & alios Juris effectus vix differt ab Interlocutoria Mixta. Rosbach cit. tit. 71. n. 4. Magnif. P. König h. t. n. 24. in fin. Sed ab Interlocutoria Simpliciter differt in plurimis, præsertim quoad appellationem, de qua in cap. seq. & revocationem: nam Sententia Definitiva, si valida sit, nequit à Judice revocari; Interlocutoria verò, saltem ubi non fuit executioni data, revocari potest cap. cum cessante 60. de Appellat. l. quod jussit 14. ff. de Rejudic. censetur enim Judex in definitiva suo perfunctus officio l. Judex 5. ff. d. t. secus in Interlocutoria l. post sententiam 9. Cod. h. t. Umm. cit. disp. 19. th. 5. n. 21. P. Engelb. t. n. 4.

II. dividitur Sententia in Condemnatoriam & Declaratoriam. Quæ divisio locum præcipuè fortitur in criminalibus & poenalibus, ac notabilem planè effectum operatur. Nam Sententia Condemnatoria fertur in poenis ferendæ Sententiæ, suamque vim primùm exerit ab eo tempore, quò Reus damnatur, & poena dicitur; Declaratoria verò decernitur in poenis latæ Sententiæ, ac retrahitur ad tempus admitti delicti. Inspice, si lubet, in Lib. I. tract. de Jure leg. cap. 1. ubi à num. 268. præfens argumentum liberali calamò deductum est.

§. III.

Quisnam ferat Sententiam?

23 Sententiam fert Judex competens, cujus qualitatem, obligationem, & officium, quoad Scientiam, conscientiam, & Sententiam ex industria discussimus in tract. II. de Judic. cap. 2. per tot. Sect. 1.

24 Quòd plures sint Judices, refert, an Jurisdictionem in solidum & privativè; num verò cumulativè & sic acceperint, ut unus sine altero non procedat. Priore casu poterit unus solus, cæteris absentibus vel mortuis, Sententiam dicere: quia solus judicandi potestatem, independenter ab aliis, adeptus est per cap. cum plures 8. de Offic. & pos. Judic. Deleg. Posteriore casu non potest Sententia pronuntiarì, si non omnes fuerint præsentès, & si pronuntietur, nullius momenti est cap. causam 16. d. tit. l. duo ex tribus 39. ff. de Rejudic. quia nullus independenter ab altero suam potestatem nactus est. Ummius cit. l. th. 6. n. 26.

25 Quænam verò Sententia prævaleat, quando plures Judices diversa pronuntiant? Ope distinctionis denudè resolvendum est. Dispicendum nempe, num diversa pronuntiant in numero pari vel dispari. Si posterius; plurius Sententia prævalet d. l. duo ex tribus 39. ff. de Rejudicata: quemadmodum in aliis quo-

que casibus major pars ad se trahit minorem. Si prius; iterum videndum est, utrùm sint 27 Judices Delegati vel Ordinarii. Si Delegati sint; neutrius Sententia valet, sed utraque quasi in pendenti est; donec à Judice Delegantè confirmetur cap. ult. h. t. cap. per hoc 17. de Heretic. in 6. l. duo Judices 28. ff. de Rejudic. Sin ordinarii sint; illa præponderat, quæ Reo favet, nisi in causa favorabili, puta matrimonio, libertate, dote, seu restamento pro actore fuerit promulgata d. cap. ult. h. t. inter partes 38. ff. d. t. de Rejudic. Ratio discriminis est: quia Judices Delegati non judicant nomine & auctoritate propriâ, sed vice & virtute Judicis Delegantis, qui, cum non possit contradictoria pronuntiare vera, non potest utraque Sententia, vel etiam alterutra subsistere. Aliud est in Judicibus Ordinariis, qui Jurisdictionem ex officio & nomine proprio administrant: ex his enim quilibet independenter ab altero Sententiam profert, nec sibi ipsi, sed alteri tantum contradicere: & quia utraque Sententia simul verificari nequit, illa præfertur, quæ pro Reo, vel causa privilegiata, fertur. Reverendiss. DD. Guertather Institut. Canon. lib. 3. tit. 15. n. 4. Clariff. P. Wiestner h. t. n. 26.

§. IV.

Quodnam sit Obiectum Sententiæ?

29 Obiectum Sententiæ aliud est principale, aliud minus principale. Principale est, super quo principaliter concipitur Sententia. Concipitur autem definitiva super causa, in libello expressa: nam, ut supra in rr. II. cap. 1. nam. 52. præmissimus, Sententia debet libello conformis esse quoad quidditatem, quantitatem, & qualitatem rei petitiæ, Ummius cit. disp. 19. th. 3. n. 31. Interlocutoria concipitur super articulo incidenti vel emergenti inter finem & principium Judicii l. post Sententiam 9. Cod. h. t.

30 Ad obiectum Sententiæ minus principale spectant I. Expensæ litis, in quibus discrimen faciendum inter voluntarias & necessarias. Voluntariæ sunt, quæ pro libito litigantium sunt, fortè quòd lautius in itinere vivant, sportulas augeant, honoraria multiplicent &c. Necessariæ sunt, quæ præstantur ex necessitate. Jure, itatutò, vel consuetudine sic exigentur, pro itinere v. g. productione testium, honorario procuratorum vel Advocatorum, sportulis Judicum, apparitorum &c. Expensæ primæ classis ab illo met, qui expendit, ferendæ sunt: cum Adversarius illorum causam non cententur. Gail. 1. obs. 151. à n. 2. Haulnold Jurisprud. Judic. tr. 5. n. 172. Wiestner 32. th. n. 133. Expensæ secundæ classis à victo victori sunt refundendæ, si temerarius litigator extiterit juxta textum in cap. finem litis

bis 5. de Dolo & contumac. cap. calumniæ 4. de Pan. §. ecce enim 1. in fin. Inst. de Pan. temerè litigant. l. eum quem temerè 79. in pr. ff. de Judic. l. proferendum 13. §. 6. Cod. eod. Rota Rom. in rec. p. 16. dec. 117. p. 15. dec. 214. p. 16. dec. 270. p. 18. dec. 583. Ratio est: quia Jus omne, 33 Naturale & positivum, suber, ut damnus, proximo culpabiliter illatum, relasciatur. Inferitur autem à temerario litigatore proximo damnus, & quidem culpabiliter, dum non sufficienter examinata causâ, nec adminiculante motivò rationabili, id, quod sine litem faciendum erat, per sumptuosum processum extorquetur.

Quando autem probabilem litigandi causam aliquis habuit; nequit in expensas condemnari per text. in l. pen. §. 1. Cod. de Fruct. & lit. expens. ibi: si Judex inveniatur eum (actorem) non calumniatorem, sed de re dubia litigantem: hic evitabit impensarum condemnationem. Covarruv. pract. quest. cap. 27. n. 3. Hartmann. Pistor. lib. 1. q. 11. n. 1. Brunnem. ad l. proferendum Cod. de Judic. n. 48. Inter alias; 5 verò probabiles litigandi causas censetur esse I. probatio, quæ videtur esse semi-plena, atque ex variis indicis & præsumptionibus inducitur. Göttheus Consil. Marburgens. Vol. 3. cons. 32. n. 301. Jafon in cit. l. proferendum §. sine autem num. 8. §. 4. tam conclusio est. II. 36 quando victus pro se habet sententiam plurimum

rium Jurisperitorum, Facultatis ejusdam Juridicæ, aut saltem unius celeberrimi Doctoris. *Janson cit. l. 4. 2. conclusio. Godeus d. n. 301. Gail. 1. obs. 152. n. 6. Harpprecht ad §. rescripta §. Inst. de Fure Nat. Gent. & Civ. num. 11.*
 37 P. König ad h. l. n. 40. III. quando stringentem regulam Juris, cujus virtute onus probandi rejiciatur in Adversarium, adducere potest. Cavalcan. *part. 3. decis. 19. n. 12. citans Romanum consil. 499. n. 4.* Atque ex his causis nostra Facultas ab expensis victum pronuntiavit immunitem tum Annò 1707. die 28. Mensis Junii, Referente Clarissimo D. Pandectarum Professore, D. Franz; tum annò 1708. die 11. Augusti, me Referente. His superaddi potest IV. quando is, qui victus est in secunda instantia, vicit in prima, utpote qui iustæ Sententiæ præsumptionem habet. *Gail. d. obs. 152. n. 5. Wiestner h. l. num. 146.* Hanc tamen exculpationem non admittit Rota Rom. quando prior sententia, etiam geminata, ex hisdem postmodum actis revocata fuit. Sic enim resolutum est in *recens. p. 9. decis. 168. num. 4. & 5.*
 40 Num iudex ex officio teneatur victori expensas adjudicare, etiam si requisitus non fuerit? Ambiguum esse, jam memini in *tratt. II. cap. 1. n. 103. & seq.* Idèoque suasi, ut

per clausulam salutarem in libello Judicis officium omni meliori modo implorecur; quâ exploratione factâ, tanta necessitas incumbit Judici, victum in expensis condemnandi, ut, si condemnationem omiserit, ex suo tenetur victori satisfacere *l. propterandum 13. §. 6. l. sancimus 15. Cod. de Judic. P. Engel h. l. num. 13.*
 Ad objectum Sententiæ minus principale spectant II. *fructus*, de quorum adjudicatione, nam fieri debeat, parte non petente? in *cit. cap. 1. n. 103. & seq.* ambiguitatem rei jam tetigi; & propterea officium Judicis implorandum esse, consului. Videatur Umnius *d. diffinit. 19. th. 18. n. 31.* & P. Engel *d. l. e. num. 12.* ubi distinguit inter fructus, ante & post litem perceptos. Quinam verò fructus in specie sint restituendi? Quanam differentia inter possessorem malæ & bonæ fidei sit servanda? In *lib. III. tratt. de Fure propriet. cap. ult. dicitur.*
 Ad objectum Sententiæ minus principale spectant III. *accessiones, damna, & interesse*, propter rem perditam, destructam, deterioratam &c. Quarum rerum ælimatio determinatur Juramento in litem, eoque vel affectionis, vel veritatis, secundum ea, quæ in *cap. 7. sect. 5.* sunt deducta.

§. V.
 Quanam sint Requisite intrinseca Sententiæ?

43 Requisite Sententiæ quedam sunt intrinseca; quedam extrinseca, ac solennitates potius, quam proprietates. Intrinseca sunt I. Quòd libello conformis esse debeat *justa num. 29. Rota Rom. in rec. p. 15. dec. 32. num. 1. & seqq.* II. Quòd debeat esse commensâ Juri, ut vocant, constitutionis, tam scripto quam non-scripto *pr. Inst. de Offic. Judic. III.* Quòd debeat esse certa, nec sufficiat dicere: solve, quod debes, nisi & quantitas & qualitas debiti exprimat *§. curare 32. Inst. de Actionib. l. pen. & ult. Cod. de Sentent. qua sine certa quant. prof. Rota in rec. p. 10. dec. 134. n. 2. & seqq.* IV. Quòd debeat esse pura, absoluta, & non-conditionata *l. si quidem 1. §. 5. ff. Quando appelland. sit. V.* Quòd debeat habere condemnationem vel absolucionem *l. res judicata 1. ff. de Re Judic. l. preses 3. Cod. h. l.*
 48 Circa hæc requisita generatim est notandum I. quòd solum ad Sententiam Definitivam exigantur, non item ad Interlocutoriam Reffensuel *h. l. n. 29. & seqq. & n. 67.* nisi quòd & ista debeat esse Juri communi, statuario, vel consuetudinario commensurata, ac certitudinem quandam continere.
 49 Notandum II. quando dicitur, Sententiam libello conformem esse debere, id intelligi quoad quantitatem & qualitatem rei petite, non quatenus præcisè ab actore petitur (sic enim peræpe quantitas vel qualitas excessiva ponitur) sed quatenus probata fuit, Umnius *d. diff. 19. th. 10. n. 47.*

Notandum III. tunc Sententiam contra Jus constitutionis latam censeri, quando Jus ipsum quasi-reformatur & corrigitur à Judice, dicendò v. g. filium-familias posse testamentum facere; contraquod pupilli finitæ tutoris autoritate subsistere; minoribus non competere beneficium restitutionis &c. Textus insignis in *l. illud 1. §. 2. ff. qua Sentent. sine appellat.* Et hoc de Jure certo ac clârè exaudiendum est: nam Jus dubium, uti varios intellectus, ita varias Sententias recipit per *l. cum prelati 32. ff. de Re Judic. Vantius d. Nullit. Sentent. tit. 13. num. 118.* Quòd si Sententia solum contra jus partis sit lata, ac minori v. g. qui restitutionem sibi competere probaverat, restitutio sit denegata, valet Sententia, beneficij appellacionis rescindenda *d. l. illud 1. §. 2. cap. inter ceteras 9. h. tit. ubi Gonzalez num. 2.*
 Notandum IV. certitudinem Sententiæ non debere absolutam esse, sed relativam sufficere, factâ scilicet relatione ad libellum, instrumentum, testamentum &c. *l. ait Prætor 5. §. 1. l. in sententiis 59. §. 1. ff. de Re Judic. Miller ad Struv. mox citand. lit. v.* Quin & receptum est, certitudinem Sententiæ tanto cum rigore non postulari in Judiciis universalibus, quanto postulatur in particularibus: sicut enim libellus generalior tunc valet; sic & Sententia. *Struv. cit. exercit. 44. th. 5. & ibi Miller lit. ph. D. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 66. num. 14.* Quemadmodum etiam non requiritur, ut fructus, accessiones, damna, expensis,

penste, pertinentiæ, &c. specificentur, utpote cum in executione specificari & liquidari valeant *P. Engel h. l. n. 8. P. König ibid. num. 43.*
 56 Quod, licet impugnet Umnius *d. th. 10. n. 45.* propter *l. in Sententiis 59. §. 2. ff. de Re Judic. l. hæc Sententia 3. Cod. de Sentent. qua sine certa quant. at tamen quotidiana praxis, notante Haunoldò *Jurisprud. Jud. tr. 5. n. 43.* suffragatur. *Rota in recens. p. 13. dec. 137. n. 5. & 6.*
 57 Notandum V. inter condiciones, Sententiæ annexas, distinguendum esse: nam si conditio sit de præsentî vel de præterito v. g. *quatenus probatum est, te condemnò; si tutorem non habeas, tutorem tibi decernò &c.* cum Sententiam non suspendat, non officit Sententiæ. *Vant. de Nullit. Sent. d. tit. 13. num. 107. & seq.* Si conditio sit de futuro, refert, an sit impossibilis, vel possibilis. Si impossibilis, Sententia, tanquam præceptum rei impossibilis, non tenet *l. ult. in pr. & §. 1. ff. qua Sentent. sine appellat.* Si possibilis sit; ulterius interest, an conditio sit quasi intrinseca & connexa cum negotio controverso, v. g. *condemno te in centum, si non solveris intra decem dies; an planè extrinseca, v. g. condemno te, si Cæsar in Italiam venerit.* Prior conditio non vitiat Sententiam, prout communissimè docent Authores cum Vantio *d. l. num. 111.* Umnio *d. th. 10. n. 44.* Perez in *Cod. h. l. n. 43.* Haunold *cit. l. n. 39.*
 60 Posterior conditio non facit equidem Sententiam invalidam, sed obnoxiam appellacioni *l. si quidem 1. §. 1. ff. Quando appelland. & ibi Brunnen num. 1.*
 61 Planè conditiones illæ, si probaveris, si juraveris, si instrumentum exhibueris, si testes produxeris &c. licet de futuro possibilis ac cum causa connexa sint conceptæ, Sententiam tamen, nisi in continent, antequam ad actus extraneos deveniatur, adimpleantur, invalidant, veluti post Bartolum, Baldum, Alexandrum, Joannem Andream, & alios citatos, contra non paucos tenet, & in actu pratico tenendum suadet Vantius *cit. l. n. 112.* Cujus ratio est: quia post Sententiam primùm exigere probationes, juramenta, instrumenta, testes &c. est ordinem Judicij invertere per *cap. pastoralis 5. de Causa possess. & propriet. cap. cum Joannes 10. de Fide Instrum. cap. pastoralis 4. de Except. l. peremptorias 2. Cod. Sent. rescindi non posse.* At ordinem Judicij, in Processu Ordinario, invertere, est totum Judicium evertere. Ergo &c.
 63 Nolim tamen hæc, de conditione dicta, ad*

modum, quòd v. g. reus absolvitur, ut servet actorem indemnem &c. extendere: nam, quia modus non æquivalat conditioni, nec actum suspendit, sed gravamen duntaxat adjicit *l. libertas 17. §. 2. ff. de Manumiss. testam. Sententiam non infringit. Vantius cit. loc. num. 116. & seqq.*
 Notandum VI. condemnationem vel absolucionem rectè fieri, dummodò verba æquivalentia de præsentî contineat. Unde non est necesse, ut iudex præcisè dicat: *absolvo vel condemnò te*, sed satisfaciat dicendò v. g. *solvat Reus, quod petitum; restituat fundum, quem possidet; patiatur Actorem, prætersâ servitute uti &c.* quemadmodum etiam satisfacit, si exceptionem rejiciat, ac contra Reum, qui solutionem obtendit, pronuntiet, Exceptionem non esse fundatam. *Rota Rom. in recens. p. 6. dec. 32. Card. de Luca de Judic. disc. 36. num. 47.* Debet autem illa condemnatio vel absolucio fieri in nomine & personâ Judicis, vel in plurali, vel in singulari, sub pronomine *Nos*, vel *Ego* &c. Umnius *d. th. 10. n. 43.* Sed, si responsum quoddam, à Collegio Juridico confectum, partibus prælegeret, nec se subscriberet, aut pronuntiaret, quòd eadem sibi, quæ Collegio Juridico, flet Sententiæ, non valeret. Umnius *d. n. 43.*
 Illud nec necessarium nec consultum est, ut iudex det rationem suæ Sententiæ, & causam absolucionis vel condemnationis adjungat: si enim salitas causæ probetur, Sententia quoque redditur falsa per *cap. cum causa 8. h. tit. Rota Rom. in recens. p. 4. decis. 5. n. 14. rom. 2.* Nec potest ex causa diversa, non tamen expressâ, sustineri. *Rota d. l. decis. 134. num. 21.* Unde si iudex in Sententiâ expressè se referat ad aliqua Acta, quæ falsa sunt, ac v. g. dicat: *quia nobis constat per talem aut tales testes, per hoc vel illud instrumentum &c. te debitorem esse, idèò te condemnò;* tunc, si condemnatus probare possit, debitum per nominatos testes aut memoratum instrumentum non fuisse probatum, Sententia erit nulla, sicut post multos allegatos concludit Vantius *d. tit. 13. n. 129.* addens in *num. 130.* limitationem, quando iudex se non refert ad Acta in specie, sed potius generaliter & enuntiativè v. g. *visis Actis &c. vel quoniam ex Actis constat &c.* hòc enim casu, tamen si error in Actis reperiat, Sententia nihilominus valet, ex quo iudex potuit alias probationes recepisse, quæ non essent ad Acta relata.

§. VI.
 Quanam sint extrinseca Sententia requisita?

70 Extrinseca Sententiæ requisita, seu Solennitates, sunt sequentia. I. Sententia debet scribi, & per ipsum Judicem, nisi persona Illustris, aut in dignitate sit constituta, ex scriptis recitari *cap. ult. h. l. in 6. l. arbitri 1. & 2. seqq. Cod. de Sentent. ex periculo (seu, ut legunt alii ex breviculo) recitandis.* II. Debet iudex non stare, sed, ad majorem autho-

ritatem & gravitatem sedere pro tribunali *d. cap. ult. in 6.* III. Debet Sententia de die, 72 non de nocte, pronuntiarî *cap. consultis 24. de Offic. & pot. Judic. deleg.* IV. Debet in Ordinario Judicij loco promulgari *l. si sit propositus 5. Cod. Quomodo & quando iudex &c.* V. Debet die non-feriati dici *cap. ult. & l. ult. Cod. de Feriis.* VI. Debet omnes, quos tan-

git Sententia, prævid citari l. de unoquoque 47. in pr. ff. de Re judic. l. ea qua 7. Cod. Quomodo & quando Judex &c.

- 76 Circa hæc requisita advertendum I. quod I. II. & IV. in causis summaris, nec non in Sententiis Interlocutoris, vix locum habeant per textum in Clem. fape 2. de P. S. in qua tamen requiri videtur, ut Sententia etiam in causis summaris feratur in scriptis. Ummius d. disp. 19. th. 9. n. 39. D. Fleck cit. cit. n. 19.
- 77 Quod autem Passerinus in cap. ult. h. r. in 6. num. 18. dicat, etiam in causis summaris Sententiam à Judice sedente pronuntiandam esse, nullatenus concordat citatæ Clem. fape, in qua disertè habetur, quod Judex, prout sibi placebit, sive vel sedens proferat Sententiam. Vantius de Nullis. Sent. d. cit. 13. n. 84. Mil-ler ad Struv. cit. exercit. 44. th. 5. lit. g. Interim, ut scribit Card. de Luca de Judic. disp. 36. num. 11. pene generalis inolevit stylus, ut Sententia, Judice pro tribunali sedente, per-

§. VII.

Quis Effectus sit Sententiæ?

83 Effectus Sententiæ alius est ex parte Judicis; alius ex parte partium litigantium; alius ex parte causæ. Effectus ex parte Judicis est, quod illius officium expirat, sive bene sive male judicaverit l. Judex 55. ff. de Re judic. idèque Sententiam corrigere nequeat, nisi in prima instantia simplex ex num. 21. vel omninò fuerit nulla l. illud. l. §. 1. ff. Qua Sententia sine appellat.

SECTIO II.

De Re Judicata.

SUMMARI A.

- 86. Res judicata quoad nomen. 87. Quoad synonyma. 88. Quoad rem. 89. Est causa.
- 90. Pronuntiatione Judicis terminata. 91. & seqq. Atque à partibus tacite vel expresse confirmata. 94. Res judicata prodest illis & obest, inter quos judicatum est. 95. Prejudicium. Facultatis nostra assertur. 96. & seqq. Dantur exceptiones. 100. Res judicata non procedit in Sententia nulla. 101. Secundum multos neque in causa matrimoniali. 102. Neque in beneficiis. 103. & seq. Neque in Sententia, ex falsis instrumentis lata. 105. Neque in Sententia ex juramento necessario; aut 106. Ex inspectione oculari; 107. Aut super excommunicatione pronuntiata. 108. Admittitur, quod Sententia nulla non transeat in Rem judicatam. 109. In aliis causis negatur. 110. Solum enim perpetuo non tranfit. 111. & seq. Offenditur in Matrimonio. 113. In beneficio. 114.

illum Notarium vel Actuarium, qui fuit adhibitus processui, legatur & publicetur.

Advertendum II. citationem partium in 79 omni omninò causa & Sententia ad valorem desiderari per textum in num. 75. allegatos, & plurimas S. Rotæ Declisiones in recent. p. 1. decis. 409. n. 1. p. 2. decis. 486. n. 2. decis. 129. n. 1. decis. 30. n. 1. decis. 251. n. 1. p. 3. decis. 171. n. 3. decis. 238. n. 1. Card. de Luca de Judic. disp. 34. num. 18. Quod tamen limitatur I. si partes, non citatæ, nihilominus sint præsentis Rota p. 1. decis. 412. n. 1. p. 2. decis. 674. n. 11. de Luca d. l. n. 28. Limitatur II. si generalis citatio statim in limine Judicii præcesserit. Gail. 2. obs. 109. n. 3. Fleck cit. l. num. 18. Contradictente tamen de Luca d. l. n. 19. cum Rota p. 11. dec. 288. n. 3. nisi consuetudine aliud sit receptum. Limitatur III. si procurator saltem nomine principalis in Judicio compareat. D. D. Guetrather cit. lib. 3. l. 5. tit. Jur. Can. tit. 15. n. 6.

Effectus Sententiæ ex parte partium est, 84 quod; alius ex parte partium litigantium; alius ex parte causæ. Effectus ex parte Judicis est, quod illius officium expirat, sive bene sive male judicaverit l. Judex 55. ff. de Re judic. idèque Sententiam corrigere nequeat, nisi in prima instantia simplex ex num. 21. vel omninò fuerit nulla l. illud. l. §. 1. ff. Qua Sententia sine appellat.

Effectus Sententiæ ex parte causæ est, quod 85 finem in prima instantia consequatur; & nisi per appellationem suspendatur, transeat in rem judicatam, de qua statim.

- In falsis instrumentis. 115. In juramento necessario. 116. In inspectione oculari. 117. In excommunicatione. 118. & seq. Effectus Rei judicate. 120. & seqq. Quidam casus referantur, in quibus Res judicata rescindi potest. 126. Oritur exinde actio. 127. Hujus prædicata. 128. Exceptio. 129. Mores hodierni. 130. Gravis controversia, utrum Res judicata vim habeat in foro interno? 131. Auctores affirmativa & negativa sententia. 132. & seqq. Fundamenta sententia affirmativa. 137. & seqq. Fundamenta negativa. 140. Eligitur sententia media. 141. Qui bona fide litigavit, in conscientia post Rem judicatam securus est; secus, qui mala fide. 142. & seqq. Rationes prioris membri distinctionis. 146. & seqq. Rationes secundæ membri. 148. & seqq. Suggeritur modus, Sententias contrarias conciliandi.

§. I.

§. I.

Quid sit Res judicata?

86 Rem judicatam, quoad nomen ex Hahn ad Struv. cit. exercit. 44. th. 2. l. a. ut per rem denotetur lit; h judicata verò tantum significet, quantum h terminata; consequenter Res judicata sit lis finita per l. acta 45. in pr. ff. h. r. de Re judic.

87 Alias Res judicata simpliciter judicatum dicitur l. de unoquoque 47. in pr. ff. d. r. item judicatio l. placez 3. Cod. de Pedan. Judic. item terminatum transactumque negotium l. terminato 3. Cod. de Erut. & lit. expens. Miller ad Struv. cit. loc.

88 Definiri potest, quod sit lis seu causa, pronuntiatione Judicis terminata, atque à partibus tacite vel expresse confirmata.

89 Dixi I. lis seu causa. Quæ voces, cum explicationem suam ex n. 86. capiant, ulteriori luce non funt illustrandæ.

90 Dixi II. pronuntiatione Judicis terminata. Neque enim pronuntiatione Judicis, seu Sententia, & Res judicata coincidunt, sed differunt, sicut effectus & causa. Nempe pronuntiatione Judicis est causa, quod lis & controversia terminetur. Ummius d. disp. 19. th. 11. n. 49.

91 Dixi III. atque à partibus tacite vel expresse confirmata. Equidem si Rem judicatam, quoad

solum etymon, attendamus, illa adesse supponitur, sive Sententia confirmata fuerit à partibus, sive per appellationem impugnata per l. litigatoribus 14. Cod. de Appellat. Nam hoc ipso, quod à Judice sit judicatum, res judicata est; nec potest interponi appellatio, quando res judicata non præcessit. Nihilominus 92 si consideremus effectum Rei judicate, is antea non habetur, quam pronuntiatione Judicis à partibus fuerit approbata l. ab eo 3. Cod. Quomodo & quando Judex &c. vel expresse, sicut in v. g. terminum aut dilationem petendò l. ad solutionem 5. Cod. de Re judic. vel tacite, appellationem intra decem diem non opponendò cap. quod ad consultationem 15. h. r. ibi: cum post decem dierum spatium Sententia in auctoritatem Rei transeat judicata &c. Quando igitur 93 tur in cap. cum inter 13. v. quomvis h. r. de Sententia pronuntiat, quod jus faciat inter litigantes; quando in cap. sibi nota 21. eod. dicitur, quod revertari non possit; quando in l. 207. ff. de R. F. assertur, quod pro veritate habeatur &c. id omne accipiendum est de Sententia, quæ transivit in Rem judicatam taliter, ut à partibus fuerit agnita & approbata. Ummius cit. num. 49.

§. II.

Quibus Res judicata profit vel obest?

94 Res judicata regulariter solummodò prodest & obest illis, inter quos judicatum est. Textus ad propositum ex rubr. Cod. Inter alios acta vel judicata aliis non nocere; & ex l. 1. & seqq. Cod. quib. Res judic. non nocet; unà cum ratione dedimus in tract. I. de Judic. cap. 7. num. 5. & 6. Itaque non potest, quod per

95 Hancque doctrinam in quodam Facultatis nostræ responsò de die 18. Junii, 1710. Referente Clariss. D. Franz in praxin deduximus, ac decidimus, quod Sententia, quæ contra patrum lata, non interposita appellatione, in Rem judicatam transferat, non potuerit nocere nepoti ex fratre, quod minùs ad bona avita regressum instituire valeat. Consentit Rota Rom. in p. 9. decis. 134. n. 27. & p. 13. dec. 41. & dec. 55. n. 4.

96 Dixi regulariter. Exceptiones in cit. cap. n. 8. & seqq. ad mentem cap. quomvis 25. h. r. tres fecimus; quibus adjungi potest quarta in re individua & pluribus communi, in qua, si unus egerit, & vicerit, Sententia prodest omnibus arg. cap. una sententia 72. de Appellat. l. loci 4. §. 3. ff. si Servus vindic. Brunnean. ib. n. 5. Ad-

bas in d. cap. quomvis n. 15. Reiffenstuel ad h. r. n. 158. Etsi contra unum ex pluribus lata, cæteris non nocet, ut cum Manzio docet alleg. Brunn. n. 6. fortassis quia humanus est, ut alteri per alterum utilitas præstari; quam ut iniqua conditio inferri possit arg. cap. non debet 22. de R. F. in 6.

Adjungi potest quinta in jure consecutivo, 98 quod nempe aliquis non acquirit ex persona propria, sed ex persona alterius, qui litem habuit, uti substitutus consequitur jus ex persona hæredis instituti l. ex contractu 34. ff. de Re judic. ubi Sententia, contra pupillum hæredem lata, post ejus abstentionem substituto nocere dicitur. Rota Rom. d. p. 4. dec. 77. n. 6.

Adjungi potest sexta in causa & questione 99 status sive libertatis, sive legitimatis, sive alterius cujuscunque: nam, si legitimus adit contradictor, qualis v. g. est pater in causa filiationis, aut dominus in causa libertatis, Sententia tunc lata præjudicat omnibus juxta textum celeberrimè in Lingennum 25. ff. de Status hom. Brunnem. ib. n. 1. & seqq. Rota Romana in recent. p. 17. dec. 197. n. 2.

§. III.

In quibus causis Res judicata locum habeat?

100 Rem judicatam in causis, specialiter non exceptis, non procedere, tanquam certum supponimus. Causas exceptas numerò 24. collegit Maranta, relatus ab Ummio cit. di-

sp. 19. th. 111. num. 49. inter quas numeratur I. Sententia, quæ irrita est ipsò jure: cum enim ejusmodi Sententia sine effectu sit, nec appellatione, quæ rescindatur, opus habeat per textum

textus in cap. Sententia 1. h. t. l. si expressim 19. ff. de Appellat. l. si cum inter 2. Cod. Quando provoc. non est necesse; non poterit vim Rei judicatae fortiri. Gail. 1. obs. 127. n. 8.

101 II. inter causas exceptas ponitur Matrimonium, quod, si invalide sit contractum, nequit autoritate Sententiae Judicialis convalescere; sin autem valide sit contractum, autoritate Judicis dissolvi non potest: & ideo Res judicata tantum proficere non valet, ut ab earecedere, & repetitis aliis probationibus, litem de novo resuscitare non liceat cap. lator praesentium 7. cap. tenor litterarum 10. cap. consanguinitas 11. in fin. h. t. cap. fratris status 6. de Frigid. & malefic. Gonzalez in d. cap. lator n. 9. & Canonista turmatin.

102 III. illuc refertur causa beneficialis, quae respectu colligantibus & succumbentibus eatenus quidem in Rem judicatam transit, ut postea non amplius audiatur; victorem tamen non ita securum efficit, ut propter beneficium, etiam post decandium, ante praescriptionem, triennale, infestari nequeat per cap. consanguinitas 46. in fin. de Appellat. P. Wiestner h. tit. n. 80.

103 IV. huc revocatur Sententia, ex falsis instrumenti vel testimoniiis lata, quae, probata falsitate, retractari permittitur in cap. cum ff. & A. 22. h. t. l. Divus 33. ff. de Re judic. l. falsam 3. Cod. si ex falsis instrument.

104 si ex falsis instrument. Wiestner d. l. n. 82. ubi post Panormitam in cit. cap. n. 6. & Perez in d. l. n. 2. advertit, Sententiam reformari non posse, si praeter testimonia vel instrumenta falsa aliae authenticae probationes adfuerint per cit. cap. cum ff. & A. prope fin. cum utile non debeat per inutile vitari ex cap. 37. de R. F. in 6.

105 V. in hunc numerum reducitur Sententia, ex Juramento necessario decisa, quae & ipsa velut sub conditione lata, allatis melioribus probationibus, rescissioni subiacet juxta l. admonendi 31. ff. de Furejur. Struv. cit. exercit. 44. th. 11. cap. 9. n. 1. & 2.

106 VI. ad eandem classem reponitur Sententia, ex inspectione oculari, ad relationem peritorum & Sapientum in arte pronuntiata, de qua in cap. 9. n. 51. Brunnen. de Proc. cap. 27. n. 65. Miller ad Struv. cit. exercit. 44. th. 10. l. b.

107 VII. ejusdem naturae censetur excommunicatio, contra quam, quae justa fuerit, sive injusta, etiam post decandium querelam in stituere, vel abolitionem petere concessum est per cap. cum contingat 36. de Off. Jud. Deleg. cap. ult. de Pen. cap. sacro 48. de Sent. Excommunicat.

108 Verum tamen si sponte concesserim, Sententiam, ipsò Jure nullam, in Rem judicatam non transire, propterea, quia, quod nullum est, nullum producit effectum: attamen, quod Sententia, in aliis causis valide pronuntiata, Re judicata non potiar, cum Ummio cit. th. 11. num. 49. circa fin. nequaquam indulerim.

109 Enimvero, quando Sententia valet, & expressè vel tacite comprehenditur à partibus, dicitur esse Res judicata ex n. 92. Rursus, quando Sententia valet, debet aliquid producere: at, praeter Rem judicatam, indeque pullulantem

actionem & exceptionem judicati, nihil occurrit, quod Sententia producat. Item partes Sententiae valide parere tenentur, atque, ut pareant, dictatione poenatum cogi possunt: id quod fieri haud liceat, si Sententia sine Re judicata foret. Adeoque quoties Sententia est ipsò jure valida, toties Rem judicatam nanciscitur.

Equidem in causis, à n. 101. recensitis, Sententia potest quocumque tempore retractari, si illius iniquitas probari queat. Sed cogitare oportet, aliud esse, Sententiam in Rem judicatam transire perpetuò & irrefcindibiliter; aliud, transire conditionatè, temporaliter, & refcindibiliter. In recensitis causis Sententia transit in Rem judicatam, non irrefcindibiliter & perpetuò; sed refcindibiliter & eousque, donec per alias probationes melius de veritate constiterit. Utque in particulari ad singulos casus descendam,

Sententia divortii juxta d. n. 101. in causa Matrimonii, propter apparentem impotentiam promulgata, in cap. fratris status 6. de Frigid. supponitur ad effectum devenisse, virumque, ab uxore separatum, potuisse interea aliud Matrimonium absque privilegio contrahere. In 112 cap. consanguinitas 11. h. t. dicitur, propter solam confessionem mulieris non esse recedendum à Sententia divortii, propter impedimentum cognationis spiritualis per Judicium Ecclesiae rationabiliter promulgatà, nisi legitime in contrarium probaretur. Consequenter valet antecederent Sententia, transivisque in Rem judicatam tandiu, quamdiu de contraria veritate non liquebat.

In causa beneficiali, de qua in n. 102. textus 113 in cap. consanguinitas 46. de Appellat. luculenter supponit Rei judicatae valorem, dum decernit, confirmationis effectum non debere per ea, quae contra electum sunt proposita, impediri; licet ex post facto, postquam pacificam ipsius Praepositurae possessionem fuerit affectus, contradictoribus non sit prohibitum, quaedam contra confirmatum opponere.

Quoad Sententiam juxta n. 103. ex falsis instrumentis vel testimoniiis publicatam, constat, remedium rescissionis contra eam concedi in d. cap. cum ff. & A. 22. h. t. ibi: vos irritantes processum; d. l. Divus 33. ff. de Re judic. ibi: in integrum causam restituendam d. l. falsam 3. Cod. si ex falsis instrum. ibi: sed causa judicata in irritum non devocetur, nisi probare poteris, eum, qui judicaverat, secusum ejus instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, adversus te pronuntiasse. Ergo talis Sententia est valida. Brunnen. de Proc. cap. 27. n. 77. Ergo producit effectum, & transit in Rem judicatam.

De juramento necessario, cujus rescissio nem adfruit n. 105. jam praecipuum difficultatem in cap. 7. num. 226. ac ostendimus, quod in Rem judicatam transeat. Hocque insuper ex cit. l. admonendi 31. ff. de Furejur. colligitur, ubi quam plura vocabula in contextu ponuntur, quae Rei judicatae substantiam inferunt, v. g. absolvere, judicare, ex integro causam agere, eandem causam retractare &c.

Quod

116 Quod memoratum est in n. 106. de Sententia, ex inspectione oculari lata, quasi & illa ex consilio peritorum & sapientiorum retractari valeat, iteratè confirmatur: cum hoc tamen optime fiat, quod eadem Sententia virtutem Rei judicatae, non quidem perpetuò, sed temporaliter & revocabilitè adipiscatur, sicut contra Pinellum, Thesaurum, & Berlich p. 1. concluf. 59. n. 35. & seqq. docet Stryck in tr. de Jure Sens. dissert. 1. cap. 3. n. 10.

Quod denique in n. 107. de excommunicato catione subnexum est, non impedit, quò minus pro excommunicato se gerere debeat, aut protali habeatur, qui contra Sententiam excommunicationis non appellavit arg. cap. literas 13. de Rest. Spol. cum etiam Appellatio, post Sententiam excommunicationis interposita, non impediat effectum, ut dicemus in cap. seq. licet beneficii abolitionis, recedente contumacia, nunquàm denegetur d. s. cum contingat 36. de Off. J. Del.

§. IV.

Quid operetur Res judicata?

118 Res judicata quàm plures operationes Juridices habet. Nimirum juxta n. 93. facit inter litigantes; facit quoque, ex vulgato brocardico, de non-ente ens, de ente non-ens; facit insuper praesumptionem veritatis, quae dicitur juris & de jure. Rota Rom. in rec. p. 4. dec. 421. n. 1. & 2. eaque propter regulariter non admittitur probatio in contrarium, ita ut Sententia convelli & rescindi non possit, neque per instrumenta noviter recepta l. res judicata 2. h. sub specie 4. Cod. de Re judic. neque per rescriptum Principis l. ult. Cod. Sententia rescindi non posse; neque per errorem calculi d. l. res judicata 2. neque per novam Sententiam l. latae 1. Cod. Quando provoc. non est necesse; neque per transactionem l. si causa 32. Cod. de Transact.

si instrumenta fuerint suppressa, datur rescissio Rei judicatae arg. l. sub praescrip. 19. Cod. de Transact. Struv. d. exercit. 44. th. 11.

119 Exceptiones ab hac regula à n. 99. fecimus, rationes dedimus, & demonstravimus, esse nonnullos casus in quibus Res judicata, in meliores & fortiores probationes supervenerint, rescindi potest. Quibus accedit l. minoris aetatis, cui per Sententiam laesa, contra Rem judicatam restitutio tribuitur l. minor 16. ff. de Minor. s. t. Cod. si adversus Rem judic. restitutio possit. Et quia minoribus aequiparantur Ecclesiae, & illae contra Sententiam intra quadriennium restitui possunt per cap. auditis 3. de in integr. restit. cap. Ecclesia 1. eod. in

117 III. accedit metus gravis & injuste ab extrinseco incultus, ex quo extorta Sententia valet quidem, nisi Sententia abolitionis à celsiori fuerit cap. in d. iis, quae vi metus causa in 6. sed retractari potest. Ummio cit. disp. 19. th. 12. n. 59.

Oritur praeterea ex Re judicata actio & exceptio rei judicatae. Actio datur ei, cui alter ad praestandum aliquid Sententia condemnatus est, ad hoc, ut Sententia pareat, & praestet omne, quod praestat per Sententiam mandatur. Textus in l. si se 4. in pr. & §. seq. ff. de Re judic. Habet frequentia praedicta, quod sit personalis, utpote ex quasi-contrahentis contestationis secundum dicta in cap. 1. n. 62. descendens; rei periculatoria l. miles 6. §. ult. ff. de Re judic. arbitraria arg. §. praeterea 3. Inst. de lit. perpetua d. l. miles 6. §. ult. competitque haeredibus & contra haeredes l. §. Ummio cit. disp. 19. th. 11. n. 50. Struv. cit. exercit. th. 14. & seq.

120

121

122

123

124

128 Exceptio datur illi, qui per Sententiam absolutus, denuò convenitur ab adversario, ad actionem, propter Rem judicatam, infringendam; est perpetua, & datur haeredibus, ac contra haeredes sive coram eodem, sive coram diverso Judice actio mora fuerit arg. cap. ult. de Except. in 6. Vide tract. de Judic. cap. 7. à n. 12.

Morbis hodiernis actionem judicati rarius frequentari, sed contra victum, satis facere nolentem, officium Judicis implorari, perhibent, Eckold ad tit. ff. de Re judic. §. 2. in fin. Miller ad Struv. cit. th. 14. h. b. 2. §. 1. cap. ult. in q. 3. sectio 3. §. 1. q. 2.

§. V.

An Res Judicata vim habeat in utroque foro?

130 Momentosa, nec solum ab Authorum inter se confligentium numero dubia, sed etiam ab argumentorum, hinc inde propositorum, pondere, gravis controversia est: an Res judicata vim habeat in utroque foro, externo & interno; possitque verus debitor v. g. per Sententiam absolutus non tantum coram Judice exceptionem rei judicatae opponere, sed etiam in foro conscientiae debitum, à quo absolutus est, retinere, tamen sciat, se debitor rem esse? Affirmativam opinionem pro-

pugnant Joannes Andreas in cap. novit. 13. de Judic. Hostiensis in Summa ad h. t. §. qui sunt ad fin. Rosella §. restitutio 4. num. 5. allegans S. Bernardinum, Simon Felix. quem & alios laudat ad h. t. num. 59. Clariff. P. Wiestner. Etiamque non obcurit sequitur Gonzalez ad cap. lator. 7. h. t. num. 5. & seqq. Negativam tuentur Innocentius in cap. quia perique 8. de Immunit. num. 5. Panormitanus ibid. num. 21. Felinus in cap. novit. 13. de Judic. num. 5. Sylvest. verb. Sententia num. 11. Azor p. 32.

P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II

Institut. Moral. lib. 1. cap. 16. quest. 3. §. caserum & alii.

132 Fundamenta prima & affirmativa sententia sunt I. ex Jure Canonico in cap. cum inter 13. h. 2. ubi refertur controversia, quae olim inter Abbatem & Conventum S. Zenonis Veronenfis ex una; & Archi-Presbyterum ac Clericos S. Proculi ex altera parte, super Jurisdictione vertebatur; &que ab Innocentio III. sequentem in modum deciditur: quamvis forte dicto instrumento donationis (quod scilicet Abbas & Conventus Jurisdictionem in Archi-Presbyterum & Clericos probaverat) non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus, nec privilegiis, quae de ipso causam & originem acciperant: attendentes tamen quod quantum ad litigantes ipsos, jus ex Sententia factum fuit, postquam in rem transit judicatum, etiam si NB. contra jus litigatoris lata fuisset, cum contra jus constitutionis expressit lata non fuerit, veritate gestorum sermonibus prevalente, quae praesumitur rite per omnia celebrata: definitus, ut Archi-Presbyter S. Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam praestet

133 Abbatibus Sancti Zenonis. Ecce! Summus & Sapientissimus Pontifex, qui cum primis forum internum cordi & curae habet, tantam vim Rei judicatae tribuit, ut, licet argumenta & documenta partis vincens non usque adeo stringentia, imò Sententia contra jus litigatoris seu partis victae pronuntiata fuisset, nihilominus servanda, ac fidelitas & obedientia à victo victori sit praestanda. Ergo, spectato Jure Canonico, Res judicata non solum in foro fori, sed etiam in foro poli, suam vim exercet.

134 II. ex Jure Civili in l. cum putarem 36. ff. Famil. heredit. ubi decernitur, quòd, si quis coheredem, qui talis non erat, admiserit ad divisionem hereditatis, eique Judicis autoritate res quasdam hereditarias dederit, nequeat datum repetere, tamen postea veritas cognita, & error detectus fuerit. Quae constitutio, quòd etiam in foro conscientiae suam operationem habeat, hinc deducitur: quia, quae Leges in externo foro sunt iustae, sunt etiam in interno iustae. Succurrunt textus alii in l. de quare 74. §. 2. ff. de Jure l. pecunia 1. Cod. de Condit. indeb. l. ex causa 2. Cod. de Compensat. in quibus satis aperte declaratur, id, quòd ex causa judicati solum est, repeti non posse; bonò indiciò, obligationem naturalem praecessisse l. naturales 10. ff. de O. & A.

136 III. ex ratione: quia Respublica, cum sit domina nostrarum rerum, potuit tribuere Rei judicatae tantum valorem, ut victorem in conscientia de re ipsi adjudicata, securum faceret: sicut patet non tantum in transactione, sed etiam in praescriptione, in qua dominium vero Domino auferitur, & alteri, qui rem tempore debitor possedit, adjudicatur, isque securus in utroque foro, juxta receptissimam de praescriptione sententiam, efficitur. Ergo de facto Rei judicatae tantum valorem tribuit: utpote cum eam pro veritate habeat l. res judicata 207. ff. de R. J. quandoque vim legis ad-

scribit l. nam Imperator 38. ff. de LL. cum inter partes litigantes facere statuat d. cap. cum inter 13. h. 2. nec eam per instrumenta, rescriptum Principis, errorem calcendi, novam sententiam, aut transactionem infringi permittat cap. inter 20. cap. suborta 21. in fin. h. 2. l. si causa 32. Cod. de Transact. l. litem 1. Cod. Quando provoc. non est, necesse.

Secunda & negativa sententiae fundamenta sunt haec. I. patrocinari videtur Jus Canonicum in cap. significantibus 2. de Purgat. vulg. ubi, qui per iniquam sententiam ad restitutionem rei furtivae erat obligatus, post Rem judicatam ad repetitionem datorum admittitur.

II. faveat Jus Civile tum in l. Fidei 28. §. l. 138 Julianus 60. in pr. ff. de Condit. indeb. ubi statuitur, verum debitorem, tamen si fuerit in Judicio absolutus, repetere non posse, si quidolverit: quia natura debitor manet; sique naturalis obligatio per Sententiam & Rem judicatam non aboletur: tum in l. si fulto 2. ff. de Condit. sine causis, & l. in commodato 17. ff. Commod. ubi permittitur repetitio solutionis, quam ob rem locaram vel commodatam amissam fecerat conductor aut commodatarius, si res postea fuerit inventa & recuperata. Ideoque Res judicata non videtur, quempiam absolute tutum efficere.

III. suffragatur ratio: nam Lex, in praesumptione fundata, desinit obligare, suamque virtutem perdit, quando cessat praesumptio. Sed Lex, quae Rei judicatae tam amplam auctoritatem conciliat, est fundata in praesumptione veritatis, quòd Sententia iuste fuerit pronuntiata per textum in cit. cap. cum inter 13. h. 2. in fin. ibi: quae praesumitur rite per omnia celebrata, & ea, quae conclusa sunt in tract. de Jure Leg. cap. 1. an. 293. Ergo virtutem perdit, quando cessat praesumptio veritatis, ac à parte rei constat, quòd male judicatum, & verus debitor v. g. injuste fuerit absolutus.

Haec sunt utriusque sententiae potissima fundamenta; quibus ponderatis, Clariss. P. Wiestner ad h. r. n. 104. priorem sententiam Canonice decisionis & rationis pondere alteri prevalere; posterioverò, spectata Legali sanctione, & numero DD. potiorè esse, judicavit. Ego autem adjuvatore distinctionis insignem hanc controversiam complanari, & dissonantes atque sententias in unam consonantiam redigi posse, spe non vanà mihi persuadeo. Perpendendum scilicet existimo, I41

um victor bonà fide litigaverit, ac post partem demum victoriam iniquioris causae sententiam acceperit; an statim ab initio malam fidem habuerit. Si primum; erit in utroque foro, tam animae, quam externi Judicii tutus, nec si debitor sit, tenebitur solvere; nec si possessor alienae rei sit, obligabitur restituere. Si secundum; non poterit in foro interno per Rem judicatam se tueri, sed satisfacere, & rem alienam restituere obstringetur. Proprii 142

potuit in praescriptione, ut praescribentem faceret dominum. esto post absolutum praescriptionis tempus devenit in noticiam rei alienae: sic etiam efficere potuit in Re judicata, ut pars vincens possit, re sibi per sententiam adjudicata uti, licet postea deprehendat, se antea 143

cedenter in errore fuisse. Confirmatur I. quia ex nostris principibus, in Lib. I. tr. de Praescription. cap. 2. an. 28. iactis, Praescriptio ex tacita voluntate Domini vires assumit, & ideo prodest in omni foro. Atqui etiam Res judicata ex tacita vel expressa voluntate Domini, per sententiam victi, robur accipit ex n. 92.

144 Ergo &c. Confirmatur II. quia praescriptio, cum in bonum publicum fuerit introducta, atque ab utroque Jure agnica, partim ut rerum dominia sint certa; partim ut litium esset finis, tam in foro contentioso, quam in foro conscientioso suum effectum exlerit. Ergo etiam, quia Res judicata fuit in bonum publicum introducta, atque ab utroque Jure agnita, tum ut rerum dominia & jura essent terminata; tum ut litium esset finis, situm effectum exlerit non solum in foro contentioso sed etiam in foro conscientioso.

145 Confirmatur III. quia, sicut Jus Canonicum in praescriptione observat sollicitè, sine praescribens in bona fide, vel mala cap. vigilanti 5. cap. ult. de Praescript. pariter in Rejudicata sedulo diligit, an victor habeat bonam vel malam fidem per cap. literas 13. de Restitut. spoliat. cap. inquisitioni 44. de Sentent. excommunicat. Ergo sicut praescribentem cum bona fide manentem, & tutum pronuntiat; sic etiam vincentem cum bona fide manentem, & tutum pronuntiat.

246 Pro secundo distinctionis membro repeti, & accommodari possunt fundamenta à num. 137. proposita; ac ulterior ratio afferri: quia mala fides, sicut paritendae praescriptioni quoad securitatem animae non sufficit; ita nec sufficit stabilendae Rei judicatae quoad securitatem animae d. cap. literas 13. de Restit. spoliat. d. cap. inquisitioni 44. de Sentent. excommunicat. quia, quod non est ex fide, peccatum est. d. cap. ult.

147 de Praescript. Confirmatur. Non est prudenter credibile, quòd Legislator, seu Ecclesiasticus, seu Secularis, calumniosum litigatorem afficere praemiò, & ipsi victoriam in animae foro addicere voluerit: sic enim litium non finis, sed initium; nec dominiorum & jurium certitudo, sed mera confusio foret: cum homines improbi facilius ad lites devolarent, spe bonà illecti, fore, ut rem vel Jus, quòd sine Judicio & Sententia securè non potuissent tenere, per Judicium & Sententiam, per fas & nefas extortam plena cum securitate obtinerent.

148 Quae igitur à num. 132. adducta sunt ex cap. cum inter 13. de Sentent. & Rejudic. l. cum putarem 36. ff. Famil. heredit. & ratione paritatis cum praescriptione pro affirmativa sententia, quòd Res judicata prodest in utroque foro, de-

bent cum tacita hac conditione intelligi, si vincens seu victor in bona fide extiterit. Quae verò ex l. Fidei 28. & l. Julianus 60. in 149

pr. ff. de Condit. indeb. nec non ex ratione Legis in praesumptione fundatae pro negativa sententia producta sunt, quòd Res judicata non prodest in foro interno, recipiunt similiter tacitam conditionem & distinctionem, si vincens seu victor in mala fide sit verus. Quam 150 vis etiam dici posset, Jus positivum non sustulisse totam obligationem naturalem in Re judicata, sed reliquisse hunc effectum, ut lotium post Rem judicatam non possit repeti: quemadmodum Scto Macedonio non sustulit totam obligationem naturalem, sed eum effectum reliquit, ut solum mutuum à filiofamilias repeti nequeat l. sed si 9. §. ult. & l. seq. ff. de Scto Macedon. Textus autem ex 151

cap. significantibus 2. de Purgat. vulg. planè nil obest, ut pote cum Sententia, quae ibidem erit publicata, nunquam in Rem judicatam transierit: quia nempe contra Juris ordinem, sine probatione legitima, ex sola purgatione vulgari, per duellum pronuntiata, non tenebat. Similiter textus in l. si fulto 2. ff. de Condit. sine 152

causa & l. in commodato 17. ff. Commod. penitus non obstat: eò quòd in externo quoque foro actionem & conditionem sine causa concedat, absque Sententiae retrattatione: quia post inventionem rei litigiosae Sententia redit ad non-causam, ac æstimatio, quae in defectum rei soluta erat, tanquam indebita & sine causa apud alterum exilient, repetitur.

Dices! Sententia & res judicata semper in 153 praesumptione veritatis & iustitiae fundatur, si ve vincens in bona fide in mala fide extiterit, per textum in saepe cit. cap. cum inter 13. de Sentent. & Rejudic. in fin. ibi: veritate gestorum sermonibus prevalente, quae praesumitur rite per omnia celebrata. Unde nec vincens rem sibi adjudicatam retinere, nec victus reddere tenetur, si de Sententiae fallitate & injustitia constat. Resp. Sententiam & Rem judicatam in ca- 154

su, quòd vincens est in bonà fide, non tam in praesumptione veritatis & iustitiae in particulari, quam in universali fundatam esse, prout ex cit. cap. manifestum est, ubi S. Pontifex asserit, ex Sententia, quantum ad litigantes ipsos, jus factum esse, postquam in Rem transit judicatum, etiam si NB. contra jus litigatoris lata fuisset. Adeoque Sententia post Rem judicatam jus facit, etiam si à parte rei (ignorante tamen victore) falsa & injusta fuerit. Postula 155

vit siquidem utilitas Reipublicae, ut Sententia in hypothese bonae fidei semper & pro semper habereur iusta, suumque effectum produceret: cum patum esset, in foro externo quempiam vincere, si laqueos & vincula conscientiae incidere potuiss, quam evitaret. Quae omnia, de celebri hac controversia fufius explanata, eò minus legere pigebit, quò minus ab aliis, aut non nisi stricim, examinatur.